Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Passio sancti Hirenei episcopi quod est VIII. idus. aprilis LXXXII.

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

INCIPIT PASSIO SCI HIRENEI EPI QUOD EST VIIII ID APRIL

CUM ESSET PERSECUTIO SUB DIO
cletiano & maximiano imperatorib;
quando diuerſiſ agonibuſ concertanteſ xpi
ani ac tyrannis inlata ſupplicia deuota do
mente ſuſcipienteſ praemiſ ſe perpetuiſ
participeſ efficiebant; Quod & factum eſt
circa famulum di hereneum epiſcopum urbiſ
ſirmienſium· cuiuſ iam nunc uobiſ certam̄
pandam· uictoriamq; oſtendam· qui pro
modeſtia ſua ingenita & timore diuino
cui operibuſ rectiſ inſeruiebat· dignuſ
nominiſ ſui inuentuſ eſt; Comprehenſuſ
itaque oblatuſ probo praeſidi pannoniȩ·
probuſ praeſeſ dixit ad eum; Obtemperare
praeceptiſ diuiniſ· ſacrifica diiſ; Hirene
uſ reſpondit; Qui diiſ & non dō ſacrificat·
exterminabitur; Probuſ praeſeſ dixit;
Clementiſ ſumi principeſ iuſſerunt aut
ſacrificare· aut tormentiſ ſuccumbere
debere; Hireneuſ reſpondit; Mihi enī
praeceptum eſt· tormenta magiſ ſuſcipe
re quam dm̄ denegare & demoniiſ ſacri
ficare; Probuſ praeſeſ dicit; Aut ſa
crifica aut faciam te torqueri; Hirene
uſ reſpondit; Gaudio ſi feceriſ· ut dni mei
paſſionibuſ particepſ inueniar; Probuſ
praeſeſ iuſſit eum uexari; Cumq; acer
rime uexaretur· dicit ad eum; Quid
diciſ hirenee· ſacrifica; Hireneuſ reſ
pondit; Sacrificabo per bonam confeſſio
nem dō meo cui ſemper ſacrificaui; Ad
uenienteſ uero parenteſ eiuſ uidenteſq; eū
torqueri praecabantur eum; hinc pueri pe
deſ eiuſ amplectenteſ dicebant; Miſerere
tui & noſtri pater; Inde uxoreſ lugen
teſ uultuſ aetatem eiuſ praecabantur· Pa
rentum uō omnium luctuſ & fletuſ erat
ſuper eum; Domeſticorum gemituſ uici
norum ululatuſ & lamentatio amicorum
qui omſ amanteſ ad eum dicebant; Te
nerȩ adoleſcentiae tuae miſerere· ſed
ut dictum eſt meliore cupiditate deten
tuſ ſententiam dni ante oculoſ habenſ
qui dicit; Si quiſ me negauerit coram
hominibuſ· & ego negabo eum coram pa
tre meo qui in caeliſ eſt; Omſ ergo diſ
piciens· nulli omnino reſpondit· feſtina
bat ad ſupernam ſpem uocationiſ perue
nire; Probuſ praeſeſ dicit; Quid dicis
flectere horum lacrimiſ ab inſania tua
& conſulens adoleſcentiae tuae· ſacrifica;
Hireneuſ reſpondit; Conſulo mihi inper
petuum ſi non ſacrificauero; Probuſ iuſ
ſit eum recipi in cuſtodia carceriſ; Plu
rimiſ uero diebuſ ibidem incluſuſ poeniſ
eſt affectuſ; Quodam autem tempore
media nocte procedente pro tribunali
praeſidi probo· Introductuſ eſt iterum·
beatiſſimuſ martyr hireneuſ; Probuſ
dicit ad eum; Iam ſacrifica hirenee
lucratuſ poenaſ; Hireneuſ reſpondit;
Fac quod iuſſum eſt· hoc a me non expec
teſ; Probuſ iterum uexatum eum fuſtib;
caedi praecepit; Hireneuſ reſpondit·
Dm̄ habeo quem a prima aetate colere di
dici· ipſum adoro qui me confortat in
omnibuſ· cui & iam & ſacrifico; Deoſ ue
ro manu factiſ adorare non poſſum;
Probuſ dicit; Lucrare mortem iam tibi
ſufficiant quae toleraſti tormenta;
Hireneuſ reſpondit; Lucro continuo
mortem quando per eaſ quaſ mihi pu
taſ inferre poenaſ quaſ ego n̄ ſentio·
propter dnm̄ accipero uitam aeternam;
Probuſ dicit; Uxorem habeſ? Hirene
uſ reſpondit; Non habeo; Probuſ dic·
filioſ habeſ? Hireneuſ reſpondit· Non
habeo; Probuſ dicit; Parenteſ habeſ?
Hireneuſ reſpondit; Non habeo; Probuſ
dicit; Et qui fuerunt illi qui praeterita

flebant ſeſſione; Hireneuſ reſpondit.
Praeceptum eſt dn̄i mei ih̄u xp̄i dicentiſ;
Qui diligit patrem aut matrem · aut ux
orem aut filioſ aut fratreſ aut paren
teſ ſuper me non eſt me dignuſ; Itaque
ad dn̄m in caelum aſpicienſ & ad eiuſ pro
miſſioneſ intendenſ · omnia diſpicienſ
nullum abſq; eum ſe noſſe atq; habere
fatebatur; Probuſ dixit; Uel propter
illoſ ſacrifica · Hireneuſ reſpondit;
Filii mei dn̄m habent quem & ego qui poteſt
illoſ ſaluare · Tu autem fac quod tibi
praeceptum eſt; Probuſ dicit; Conſu
le tibi iuueniſ · immola · ut non te cru
ciatibuſ inpendam; Hireneuſ reſpond.
Fac quod uiſ iam nunc uidebiſ quanta
mihi dnſ ih̄ſ xp̄ſ dabit tolerantiam
+ aduerſuſ tuaſ inſidiaſ; Probuſ dicit;
Dabo in te ſententiam · Hireneuſ reſp;
Gratulor ſi feceriſ; Probuſ data ſenten
tia dixit; Hireneum inoboedientem
praeceptiſ regalibuſ in fluuium pre
cipitari iubeo; Hireneuſ reſpondit;
Multifariaſ minaſ tuaſ & tormenta plu
rima expectabam · ut etiam propter
haec me ferro ſubiaceriſ · tu autem
nihil horum intuliſti · Unde hoc faciaſ
oro ut cognoſcaſ quemadmodum ·
xp̄iani propter fidem quae ē in dō
mortem contempnere conſueuerunt ·
Iratuſ itaq; probuſ ſuper fiduciam
beatiſſimi uiri · iuſſit eum etiam gla
dio perimi; Scſ uō di martyr tam
quam ſecundam palmam accipienſ ·
dō gratiaſ agebat dicenſ; Tibi gratiaſ
ago dne ih̄u qui mihi per uariaſ poe
naſ & tormenta donaſ tolerantiam
ut aeternae gloriae me participem ef
ficere dignatuſ eſ; Et cum ueniſſ&
ad pontem qui uocatur baſeniſ expo
liauit ſe ueſtimenta ſua & extendenſ
manuſ in caelum orauit dicenſ Dn̄e
ih̄u xp̄e qui pro mundi ſalute pati dignatuſ
eſ · pateant caeli tui · ut ſuſcipiant angeli
ſpm̄ ſerui tui hirenei · qui propter nomen
tuum & plebem tuam perductuſ de eccleſia
tua catholica ſermienſium haec patior Re
p&o tuamq; deprecor miſericordiam ut
& me ſuſcipere & hoſ in fide tua confirma
re digneriſ; Sic itaq; hoſ percuſſuſ aministriſ
gladio · proiectuſ eſt in fluuium ſaui ·
Martyrizatuſ eſt famuluſ di ſcſ hireneuſ
epſ ciuitatiſ ſermienſium die viii id april
ſub dio cletiano imperatore · Agente probo
praeſide · Regnante dno nr̄o ih̄u xp̄o cui ē
gloria in ſaecula ſeculorum amen

EXPLICIT PASSIO SCI HIRE
NEI EPISCOPI;

INCIPIT PASSIO SCI YPPI
PODI · QUOD EST · DECIMA
KL MAIAS ·

SI MERITO UIRORUM FORTIUM
facta ad incitamentum poſteritatiſ
mandantur annalibuſ qui pro terre
na libertate uel patria inani intentione
ceciderunt; Relinquenteſ carnalium uir
tutum breuia monumenta dum pereunt
quantiſ praeconiiſ extollenda morſ mar
tyrum quae mirabili glorioſoq; compendio
dum manuſ ſuaſ ad caelum porrigunt fidei
& deuotioniſ exempla terriſ relinquunt
propaganteſ uitam hominum mortibuſ ſuiſ ·
neq; pro imperatore terreſtri ſed pro rege
caeleſti ſcm̄ ſpm̄ profundenteſ · non pro pa
tria quae gignit & recipit · non patria quae ha
betur & perditur · ſed pro illa hieruſalem
caeleſti patria ſempiterna · quę menteſ
eſt conſtructa ſcorum · quae culmina ſua
caelo inſerit · cuiuſ incolę mori neſciunt · ✕
cuiuſ libertaſ cum beatitudine & gloria
perſeuerat · & lic& de premiiſ martyrum
pauca per conſcripta ſint; quia nequaquam

✕ Cuiuſ libertaſ [illegible] captiuitatiſ ignorat